



Civibus & tocius territorii incolis nil penitus agere & disponere habeant nec ipsos occasione poprawi vel Czude boemicalis non evocent aliqualiter aut perturbent cum iurisdiccioni huiusmodi non debeant impo- sterum subditi nec parere sed si cuiquam aliquid accio- nis quocunque modo competierit casu qualicunque e- mergente id coram nobis seu Capitaneo nostro regni boemie qui pro tempore fuerit nobis in regno nostro non existantibus iuxta dictorum nostrorum militum & vaſallorum actenus aprobata & observata in consue- tudinem quibus ipsos contra insultus & vexaciones quoruincunque impugnancium volumus utique conser- vare exigat & requirat harum nostrarum & testimonio litterarum quibus Sigillum nostre maiestatis est appen- dum. Datum Parusuis quarta feria post conuersionem beati Pauli Apostoli proximo anno Milesimo trecente- simo quadragesimo.

*Ex Archiv. Trutnow.*

### *Num. III.*

**N**os Johannes Dei gracia Rex boemie ac Comes Lucemburgensis notum facimus universis quod cupientes fidelibus nostris dilectis civibus & incolis ci- vitatis nostre Curie ob expositas nobis condiciones gravissimas paupertatum suarum & dispendia plurima- que de anno preterito in Combustione Civitatis ipsius per ignis voraginem sustulerunt de benignitate regia graciā facere specialem ipsis in communi & speciali tam presentibus quam futuris inibi habitatoribus ne ad aliquas dacias colectas & imposiciones angarias exac- ciones aut subsidium pecuniale aut aliud genus exaccio- nis nisi ut infra dicitur cogi, compelli & arceri quo- quo modo per aliquem hominem cuiuscunque digni- tatis status aut condicionis existat successuris temporis

A 2

bus